VII/186, 1156

S. Christus Iesus vera pax componat hos tam magnos motus, faxitque ut tranquille omnia reformentur

NB. faxitque ut breui ecclesia quam tibi commisit a tam dura liberetur seruitute. Nos pro more hic
laboramus, tamen non obruti. Causam quare hic frater ad te mittitur ex eo audies. ~~sed~~ horrori fuerunt
mihi semper diuortia, cum propter scandalum, tum ob metum ne quos Deus coniunxit homo ~~non~~ separet.
rogatus dicere quid sentirem ex verbo D. respondi mihi non satis liquere, cum probare non possim
diuortium quod fit in fauorem transgressoris et iniquissime id petentis, confessus sum ut te consulerem.
tu igitur fratri iuxta datam tibi a D. gratiam consules. Si magistratus suo debito fungeretur
~~munere~~ multa nos leuaret molestia, et tam dura non extarent portenta. Sed cum non agat
quod debet, aperi cuius sit admonendus, et quid incumbat in misera causa ex D. sit dicendum.
Vale vir Dei seruet te Christus suae ecclesiae magisque sancta perficiat vota. Neocomi 17 May
1552.

Tuus Farellus

Praestantiss. Christi servo Ambrosio
Blaurero ecclesiae Isnen. pastori summa
pietate et doctrina pari ornato fratri
et symmystae suo chariss.

Bielis